Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



10

animus cassus ac tumens. et iam post instructa probabilia infructuosus permansert huiuscemodi abici oportet. et maxime cum iuuenilis feruor rude lacessit et ante. Ex quo quoniam iam robusta accedunt ad seruitium dei. oportet inquirere ut diximus qualitatem uite puerile. et sufficere et iam hoc ipsis si satis instant hoc expetunt. et si uerum ardens desiderium est ex erga opus dei. Huiuscemodi uero fieri documentum abbis oportet. qui ualde prudentem de his discutere poterunt et probare. Cum autem fuerint suscepti. si forte propositum suum transgressi fuerint. nec uideri eos oportet amplius. tamquam eos quoniam delinquerint. quo teste confessionis suae pactum professis. Et si peccauerit inquit homo in homine orabunt pro ipso ad dominum. si autem in dominum peccauerit. quis orabit pro eo.

Si oportet cum quiete ac religiose uitae dedisse. et iam continentiam obseruare.

Interrogatio

Responsio

vii.

Quia in omnibus necessaria sit continentia manifestum est. primo omnium exercet apostolus inter fructus spiritus sancti. et iam continentiam nominat. Tum deinde et iam in maculatum ministerium phanc seruari posse designat. cum dicit. in laboribus. in iuniis. in uigiliis in castitate. Et iterum alibi. In labore et fatigatione. in uigiliis multis. infame esse. in iejunio frequenter. Et iterum. Omnis quinauigans continentiae abominibus continens est. Et rursum. Macero corpus meum. et in seruitutem subicio. Quod utique. nam aliter quam per continentiam uidetur implere. Et iuuenilis tumor ac feruor carnis. uelut freno quodam restringi. et reprimi per solam continentiam potest. Non enim expedit stulto delitiis secundum salomonem. Et carnis inquit curam apostolus nefecerunt in concupiscentiis. Et iterum. Quae autem in delitiis est iuuenis mortua est. Sed et exemplum illud diuitis in delitiis uiuentis necessaria nobis ostendit esse continentiam. ne forte nos audiamus quod audiuit et diuites. qua consecutus es bona in uita tua. Quomodo autem in continentia periculosa sit. et iam apostolus edocet. cum tam proprie illis asserbit. quos recedere a fide dicit. Ait enim. In nouissimis diebus erunt tempora periculosa. erunt enim homines seipsos amantes. Et cum plura malitiae genera enumerasset. ad ultimum posuit. comessores. incontinentes. inmites. Sed et esau malitiae suae. quasi fomitem quendam habuit incontinentiam. quia puno cybo uendidit primitiua sua. Sed et prima illa praeuaricatio. nam aliunde homini nisi per incontinentiam accidit. Omnis uero scripturae atque ipsius domini incarnatio postri presentia. quae nobis alia nisi continentiae